



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLVIII. Ablassbrief des Bischofes Heinrich von Kiew für das Kloster Hillersleben, vom Jahre 1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XLVIII. Ablaßbrief des Bischofes Heinrich von Kiew für das Kloster Hillersleben,
vom Jahre 1321.

Frater henricus, ordinis fratrum predicatorum, dei gracia episcopus ecclesie kioviensis, omnibus cristifidelibus presencia visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Loca sanctorum omnium pia et prompta deuocione a cristifidelibus sunt honoranda, ut, dum dei horam uideamus, amicos ipsi nos deo amabiles reddant, et ipsorum nobis quodammodo patrocinium, quod merita nostra non optinent, eorum mereamur intercessionibus optinere. Nos igitur, ut per hoc fideles cristi quasi quibusdam premiis poterimus ad merita invitare, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam sancti laurencii in hildefleue in festiuitatibus precipuis, natiuitatis, resurrectionis, ascensionis, pentecostes, in omnibus festiuitatibus marie uirginis, in festiuitatibus apostolorum et omnium sanctorum, in festo patronorum et dedicationis deuote accesserint, qui corpus cristi secuti fuerint, et circuitum circa cimiterium fecerint dicendo pro fidelibus defunctis oraciones salutares et manus porrexerint ad fabricam eiusdem ecclesie adiutrices, Quadraginta dies indulgencie et vnam karenam de omnipotentis dei misericordia et voluntate dyocesani in domino misericorditer relaxamus. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXI^o. Volumus eciam, ut quando verbum dei populo pronunciat, eadem indulgencia intimetur.

Cop. II, fol. 30.

XLIX. Graf Ulrich von Regenstein giebt dem Kloster Hillersleben zwei Höfe in Wederingen
frei, im Jahre 1321.

Nos Olricus, dei gracia comes de regenstein, recognoscimus et presentibus publice protestamur, nos libertatem de duabus areis in villa wederige sitis ac doti in eadem villa in medietate adiacentibus cenobio in hildefleue ob amorem beati virginis genetricis et beatissimi martyris laurencii, eiusdem ecclesie patroni, pro remedio anime nostre omnium heredum nostrorum vnanimi ad hoc accedente consensu contulisse cum omni vtilitate perpetue possidendam: et ut hec nostra donacio rata et inconuulsa semper permaneant, presentem paginam inde conscriptam figilli impressione iussimus communiri. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXI^o.

Cop. I, app. fol. 24.